

.dccc. Cicerone conf. Dibapha tunc dicebat: quæ bis tincta esset ueluti magnifico impendio. Qualiter nunc oēs pene cōmodiores purpuræ tingunt. In conchyliata ueste cætera eadē sine buccino. preterq̄ ius tēperaturæ Aequè p̄ indiuiso humani potus excremento dimidia & medicamina adduntur Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata: tantoq̄ dilucidior quanto magis uellera exuriunt.

De pretio earum.

Cap. xl.

**P**recia medicamento sunt quidē p̄ fertilitate littorū uiliora. Nō tamē usq̄ pelagii libras quāuenos nūmos excedere: & buccini centenos sciāt: qui ista mercant īmento. Sed alia sunt nec hnt finē uitia. Iuuatq̄ ludere īpendio: & lusus geminare miscēdo iteq̄: & ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere: argentū auro confundere ut electa fiat: addere

his æra: ut corinthia.

De tingendo amethystino & cocco byssino. Cap. xli.

**N**on est satis abstulisse gemæ nomē amethystū. Rursum absolutus inebriatur tyrio: ut sit ex utroq̄ nomen improbū tyriamethystus: simulq̄ luxuria duplex. Et cū consecere cōchyliā: transire melius in tyriū putant. Pœnitētia hoc primū debet iuenisse artifice mutante quod damnabat. Inde ratio est nata. Votū quoq̄ factū e uitio portentosis ingeniis: & gemina demonstrata uia luxuriæ: ut color alius operiretur alio. Suauior ita fieri leuiorq̄ dictus. Quin & terrena miscere: coccoq̄ tinctū tyrio tingere ut fieret bis byssinū. Coccū glatiæ rubēs gramē: ut dicemus ī terrestribus aut circa emeritā lusitanæ in maxima laude est. Verū ut simul peragantur nobilia pigmenta anniculo gramini languidus succus. Idem a quadrimo euanidus. Ita nec recenti uires neq̄ senescenti. Abunde tractata est ratio: qua se uirore iuxta fœminarumq̄ forma credit amplissimam fieri.

Grantm

De pinna: & pinnotere: & aquatiliū sensu.

Cap. xlii.

**C**oncharum generis & pinna est. Nascit̄ in limosis subrecta semp: nec unq̄ sine comite: quē pinnoterē uocāt: alii pinnophylacē id est squilla parua. Aliubi cancer dapis affectator. Partit se pinna luminibus orbū corpus intus minutis piscibus præbēs. Assultat alii p̄tinus: & ubi licētia audacia creuit. Implent eā. Hoc tēpus speculatus index morsu leui significat. illa ore cōpresso quicquid inclusit exanimat: partemq̄ sotiō tribuit. Quo magis miror quosdā existimas se aquatilibus nullū inesse sensum. Nouit torpēdo uim suā ipsa nō torpēs: mersaq̄ in limo se occultat: pisces qui secuti natantes obtorpuere corripit. Huius iecoriteneritas nulla præferē. Nec minor solertia ranæ: quæ in mari piscatrix uocatur: eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit: assultantes pisciculos pertrahens: donec tā prope accedant: ut assiliat. Simili modo squatina & rhombus aditi pinna exertas mouēt specie uermiculorū. Itemq̄ quæ uocatur raia. Nā pastinaca latrocinatur ex occulto transeuntē radio: quod tælum est ei figens. Argumenta solertia huius quod tardissimi piscium hi mugilem uelocissimum omnium habentes in uentre reperiuntur.

De scolopendris uulpibus & glanis.

Cap. xliiii.

**S**colopendræ terrestribus similes quas centipedes uocāt hamo deuorato oīa interanea euomunt: donec hamū egerāt: deinde: resorbēt. At uulpes marinæ simili in piculo glutit̄ amplius usq̄ ad infirma lineæ: q̄ facile prodant. Glaucius q̄ & glanis uocatur auertus mordet hamos nec deuorat: sed esca spoliat.

Glanis uel & qui

De ariete pisce.

Cap. xliiii.

**R**assatur aries ut latro. Et nunc grandium nauium in salo stantium occultatus umbræ si quem nandi uoluptas inuitet expectat. Nunc elato extra aquam capite piscantium cymbas speculatur occultusq̄ adnatans mergit.

De his quæ tertiā naturā habent nō animalium neq̄ fructicū: & de urticis & spōngiis. Cap. xlv.

**Q**uidē & iis sensum inesse arbitror q̄ nec aialium neq̄ fructicū sed tertiā ex utroq̄ naturā hnt: urticis dico & spōngiis. Urticæ noctu uagant̄: noctuq̄ mutant̄: carnosæ frōdis. Iis natura ut carne uescant. Vis pruritu mordax: eadēq̄ q̄ terrestriis urticæ. Cōtrahit ergo se q̄ maxime rigens: ac p̄natate pisciculo frondē suā spargit: cōplectēsq̄ deuorat. Alias mercenti similis & iactari se passā fluctu algæ uice cōtactos pisces: attrituq̄ petra scalpētes pruritū inuadit. Eadē noctu pectines & echinos perquirat. Dū admoueri sibi manū sentit: colorē mutat: & cōtrahitur. Tacta uredinē mittit: paulūq̄ si fuerit interualli: absconditur. Ora ei in radices eē tradunt. Excremēta p̄ summa tenui fistula reddi. Spongiarū tria genera accipimus. spissum: ac predurū: & asperū. Tragos id uocatur minus spissum & mollius Manos: tenue densumq̄ ex quo penicilli: achilleū. Nascunt̄ oēs ī petris. Alunt̄ cōchis: pisce: limo. Intellectū inesse iis apparet: q̄ ubi auulsorē sensere: cōtracte multo difficilius abstrahuntur. Hoc idē fluctu pulsante faciūt. Viuere esca manifesto conchæ minutæ in iis reperte ostēdunt. Circa toronem uesci illis auulsas etiam aiunt: & ex relictis radicibus recrescere. In petris cruoris quoq̄ inhæret color: africis præcipue quæ generantur in syrtibus: maxime fiunt manæ. Sed mollissimæ circa lyciam. In profundo autē nec uēto so molliores. In hellepōto asperæ. Et densæ circa maleā. Putrescunt in apricis locis. ideo optimæ ī gurgitibus. Viuentibus iteq̄ madētibus nigricās color. Adhærent nec parte nec totæ. intersunt. n. fistulæ quædā inanes: quaternæ fere aut quæ: p̄ quas pasci exi-